HAIMO ALTISSIODORENSIS
3. Viertel 12. Jh. Seite 65r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36535
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



etiam quilibet electi uerbis euangelistarū edocti pre
terita peccata recolentes deflent. & quę subsequi
possint sollicite precauent. ante & retro animalia
oculos habent. Multa hinc dici possunt. quę bre
uitati studentes omittimus. Et animal primū.
simile leoni. & secundū animal: simile uitulo. &
terciū animal habens faciem quasi hominis. & quar
tum animal simile aquile uolanti. Mirum ualde
est quare iohannes alio ordine hęc animalia ordi
nat quam ehechiel. primū ponens leonē. cū ille
primū faciem hominis posuerit. Ad quod dicendū
est. quia pphetia n̄ seruat ordinē hystorię. Quod
si faceret. non iam pphetia. sed hystoria eēt. quod
ex libris pphetarum facillime cognoscit. Et quib
ut unū ponamus p omnibus. pspiciendum est.
qd idem ehechiel cum superius dixerit ad se factū
uerbū dn̄i. anno uicesimo sexto. deinceps loquens
contra pharaonē regē egypti. undecimo anno ean
dem pphetiam ad se factam dicit. Spiritus enim
scs locutus est pphetis. sicut uoluit. & quando
uoluit. ideoq; non ē ibi requirendus sermonis
ordo. sicut in libro genesi uel regum. & in ceteris
hystoriis. Primū ergo ehechiel faciem hominis. id
est mathei ponit. seruans ordinē hystorię. qui.
idcirco p hominē intelligitur. quia humanitatē
filii dī describit in tempore dicens. Liber genera
tionis ihu xpi filii dauid. & cetera. Deinde marcus.
p leonem intelligitur. quia a clamore inchoat ue
luti leo dicens. Factum ē uerbū dn̄i sup iohannē